

tus, ut in procemio dictæ Constitutionis, & infra ibi, Ne publicum bonum, ac decus diutius jacere pateremur, &c. Unde pactum illi contrarium, quantumvis juratum, non debet attendi, ut in puncto affrancationis petiæ ab emphyteuta, vigore dictæ Bullæ, post Bardum, quem allegat, firmat Gratian. *disceptat.* 451, n. 22, *versic. circa alteram dubitationem usque ad fin.* eo fortius dum is, qui instat, tale juramentum non præstitit, quinimo fuit ignarus, & sic in eo cessat vinculum reverentiæ, ut per Bonac. *dicta disp.* 4, qu. 1, punct. 15, n. 2, & 3. Layman. *d. tract.* cap. 10, n. 3.

Non obstat, quod non fervetur forma dictæ Constitutionis, dum non traditur alia res stabilis, sed offeruntur loca montium. Quia ultra quod dicta loca montium, tanquam annui redditus, ex publico provenientes, & super re stabili constituti (prout in qualibet erectione fieri consuevit) habentur pro stabilibus, & sub illorum denominatione comprehenduntur, tam in dispositione juris, quam in dispositione hominis, ut per Gabr. *conf.* 141, n. 23, lib. 2, ubi allegat. *decis. Ordin.* 116. Peregr. *conf.* 43, n. 1, & *seqq. lib.* 1. Thesaur. *quæst.* 5, in *fine*, lib. 2. Cenc. *de censib. cap.* 3, *quæst.* 1, art. 1, n. 13. Seraphin. *decision.* 679, sub n. 1. Buratt. *decision.* 474, sub n. 1, & *decision.* 535, ubi adden. *lit. B.* & *decision.* 913, n. 10. Rota *recentior. decision.* 177, n. 38, & *decision.* 355, n. 28, part. 5, & *decis.* 83, n. 15, part. 6.

Et dicuntur perpetui, quamvis sint redimibiles arbitrio Principis, cum causam perpetuam habere possint *leg. sufficit ff. de condit. indeb. Ruin. consil.* 82, n. 3, lib. 2. Peregr. *dicto consil.* 43, n. 4, li. 1. Quicquid fecus esset dicendum, si hujusmodi redditus consistere in obligatione personali, quia tunc nec perpetui nec immobiles reputarentur, ut distinguit Alciat. *in l. moventium n. 7. ff. de verb. signif. Ruin. d. consil.* 82, lib. 2. Peregr. *d. consil.* 43, num. 9, lib. 1.

In proposito cessat omnis controversia, cum per speciale Breve Sanctissimi, fuerit eidem R. P. D. Georgio amplissime indultum, quod possit prædicta loca montium loco rei stabilis assignare, declarando modo prædicto esse præfatæ Constitutioni plenissime satisfactum, & derogando, quatenus opus esset, quibuscumque contrariis cum clausula sublata, & decreto irritante, Unde superfluum est aliud quærere, cum ex prædictis satis constat de scientia, & illa regulariter præsumatur in principe non minus circa proprias, quam Antecessorum Constitutiones *l. unum ex familia, & l. si unum q. idem Marcus, ff. de leg. 2. præsertim in Principe sapientissimo, & diu versato in materiis Cameralibus, & de potestate præsertim sit disputare, Paris. consil. nu. 70. lib. 4, cum aliis allegatis.* Tantò magis dum Ecclesia congruè redintegratur cum augmento majoris quantitatis, juxta dispositionem dictæ Bullæ. Unde dicitur concurrere utrumque requisitum solemnitatis scilicet, & utilitatis *ad not. in can. sine except. 12, quæst. 2.*

Accedit consensus Patrum, qui licet alias non esset attendibilis, tamen ex prædictis efficitur necessarius, & commendabilis, cum non contineat aliquam voluntariam alienationem, sed potius agnitionem & veritatis, & bonæ fidei, quæ summè convenit viris Religiosis, & in judiciis contentiosis operatur suum effectum ex traditis per Castr. *conf.* 34, n. 1, & *seq. lib.* 1. Buratt. *decision.* 453, n. 6. Rot. *recentior. decision.* 334, n. 5, p. 1. Rebuff. *de alien. rer. Eccles. num.* 28.

Et ita &c.

## DECISIO XVIII.

R. P. D. BICCHIO.

Romana Vineæ.

Veneris 17. Aprilis 1643.

## SUMMARIUM.

- 1 Assuractionis judicii ratio non militat in stabilibus: Judicii ratio militat in fructibus, numer. 2.
- 3 Reus tenetur cavere ob timorem dilapidationis. Contra, num. 11. Concilia ut num. 12.
- 4 Paupertas probatur ex admissione ad cap. Odoardus.
- 5 Fructus recuperari nequeunt ab habente alimentum tantum.
- 6 Locatio non probat possessionem contra tertium.
- 7 Cautio pro assuractione est petenda initio Judicii. Declara ut num. 8, & 9, & num. 10.
- 13 Usus in proprios convertere, & non solvere in existente non solvendo, paria sunt.

In gradu appellationis à sententia lata super immissione Perontii in possessionem Vineæ detentæ à Justo. Fuit hinc inde petita cautio, & assuractionis Judicii, & proposito hodie dubio, an & quis teneatur cavere, dixerunt Domini teneantur Justum.

Non quidem quoad vineam, quia in stabilibus, eo quod perire non possunt, non militat ratio assuractionis Judicii. Peregr. *de fideic. art.* 40, n. 14. Rot. *dec.* 168, n. 5, par. 5, *recentior.* utique tamen quoad fructus vineæ, quia tanquam res mobiles subtrahi possunt, ut bene dixerunt, Valasc. *consul.* 66, num. 90.

Unde ad consulendum indemnitati actoris, & ne propter inopiam rei conventi judicium reddatur elusorium suadet æquitas, ut ut quando adest timor dilapidationis, vel difficilis recuperationis, reus cogatur præstare cautionem, vel fructus ponantur sub sequestro. Joann. Faber *in §. sed hodie, nu. 9, institut. de satisfact.* Abb. *in capite 2, nu. 16, versic. sed quandoquidem de sequestrat. possess. & fruct. Gail. observat. lib. 2, observat. 142, nu. 4, & observat. 148, n. 7. Marant. in prax. part. 6, nu. 188. tit. de appellat. Afflic. *decis.* 170, n. 3, *versic. quia illa cautio, Rot. dec.* 136, sub n. 3, *dec.* 326, nu. 2, & 3, part. 1, *recentior. dec.* 155, sub n. 1, & 2. *inter impressas post Modern. de manu. & in Siracusana Quartæ, 5. Junii 1593, coram bonæ mem. Gipsio;* ubi quod hæc opinio nititur maximè æquitate, ut fructus possint restitui, ob viatoriam obtinendam.*

Et in casu nostro inopia Justii, evidens visa fuit, quia aliàs per sententiam in judicium transfactam, obtinuit admitti ut ad beneficium c. Odoardus *de solution. quod non nisi summè inopi conceditur, ut habetur in d. c. Odoardus, & notat ibi gloss. verb. non valentem, Barbof. n. 3. Mar. Ant. Genuen. in prax. Archiep. cur. Neapol. cap. 3, nu. 18. Covarr. resol. lib. 2, c. 1, num. 9.*

Nec inopiam excludit certa quantitas annui redditus, quam Judex in eadem sententia justa servavit, ut solet, quia dum illa destinata fuerit pro necessariis alimentis, non præstat facultatem actori recuperandi fructus vineæ controversæ, quatenus à possessore consummatur ut in fortioribus terminis est text. *in l. sciendus, ff. qui satisf. cog.*

## Ad Materiam de Alimentis Decis. XVIII.

## DECISIO XVIII.

R. P. D. PZUTINGERO.

In causa Tiburtina Castri S. Angeli.

Veneris 29. Aprilis 1644.

## SUMMARIUM.

- 1 Clausula ad corroborandum, non autem noviter disponendum, quando adjectæ censentur. Quoad dominium non operantur nisi clarè exprimant, num. 18. Ad expressa restringuntur, num. 19.
- 2 Bona jurisdictionalia cum assensu alienari possunt.
- 3 Concessio subsequens ex præcedenti narrativa declaratur.
- 4 Dictiones, tam, & quàm, omnimodam equiparationem operantur. Unversales restringuntur ne sequatur absurdum, num. 21.
- 5 Dispositio generalis restringitur ex aliis verbis.
- 6 Domini jure agens non excluditur ex derogatione generali. Jure agens non excluditur ex derogatione litigiosi, num. 7.
- 8 Clausula, Juribus tertii salvis, subintelligitur.
- 9 Domini ejusdem rei duo, in solidum esse nequeunt.
- 10 Assensus Domini præsupponit Dominium in alienante.
- 11 Contractus nullus tertio non præjudicat.
- 12 Confirmatio præsupponit habilitatem in confirmato.
- 13 Instrumentum pignoris, concurrentibus administriculis, probat.
- 14 Pignus præsupponit dominium.
- 15 Veritas, & non suppositum, attendi debet.
- 16 Reintegratio ad possessionem, non arguit ad dominium.
- 17 Princeps quemquam ledere non præsumitur.
- 18 Dictio, altre, restringitur ad expressa.
- 19 Dotis titulus transfert dominium.
- 20 Subrogatio qualiter fiat.

Cum per binas decisiones 16. Junii 1641. & 7. Februarii 1642. in hac causa coram me, recedendo, à decisio coram bonæ memoriæ Cardinali Lancelloto, firmatum fuisset ad effectum recognitionis publicæ scripturæ, tempus litis non esse detrahendum, ac postea sub die 12. Maji 1642. Domini resolversent Instrumentum dationis in pignus Castri Sancti Angeli, à Joanne Jordano Ursino, pro scutis 25. millia Alphonsinæ Ursinæ, donec de suo credito dotis maternæ, ex dicti Castri fructibus sibi satisfaceret esse in forma probati; subsequenter 27. Junii ejusdem anni, dictum fuit Domino Duci Bracciani Jordani hæredi ad dictum Castrum dandam esse reintegrationem.

Verum, quia Serenissimus Parmæ Dux causam habens ab Alphonsina, contra quem dictæ resolutiones fuerunt obtentæ, idem Castrum in solutum, certa inter eos, super antiqua lite Status Pallavicini, inita concordia, per litteras Apostolicas confirmata, dedit Dom. Marchioni Pallavicino, contra eundem Bracciani Dux judicio expertus est, atque Marchione clausulas in litteris appositæ obtinere contentende, sexies per me proposito super hoc dubio: Domini tandem

og. ubi Jaf. n. 3, Suar. *lib.* 1, tit. de los emplazamientos in princ. n. 27, pag. 741. Valasc. *consul.* 66, n. 18, & *seqq.* & in specie Covarr. *var. resol. lib.* 2, cap. 10, n. 9. Carol. de Grass. *de effect. Cleric. effect.* 7, n. 67, & 68, prout nec relevat possessio alterius domus, quia ad eam probandam exhibetur solum locatio, & quæ absque perceptione pensionis locatoris, possessionem contra tertium non probat, cap. inter dilectos de fid. Instrum. Menoch. *de retinen. remed.* 3, n. 571, & *conf.* 1242, n. 5, Giovagn. *conf.* 8, n. 130. & *seqq. lib.* 1. Seraph. *dec.* 2, num. 2, *dec.* 896, nu. 2. Coccin. *dec.* 366, num. 2.

Non obstat, quod hujusmodi cautio non fuerit petita initio judicii, & ante litem contestatam, ut requiritur tradit Salust. Tiber. *in prax. A. C. lib.* 2, c. 23, n. 12, in *fin.* ea ratione, quia actus tacendo videtur agnovisse possessorem idoneum esse satisfactioni, & aliàs sibi imputare debet si non petita cautione cepit Judicium cum eo, qui non erat solvendo. Angel. *in l. si ab arbitro per illum text. ff. qui satisf. cog. Hering. de fidejuss. c. 5, n. 41. Mert. vot.* 100, num. 33.

Nam cessat obiectum, tum quia non probatur quòd tempore cepti Judicii actor habuerit certam, & specificam scientiam sententiæ exto. obtentæ in vim cap. Odoardus: quo casu ex supervenientia scientia, potest quodcumque peti cautio ex Jaf. *in d. l. si ab arbitro, nu. 5, ff. qui satisf. cog. Soccin. ibid. n. 5, & 17, Paris. conf.* 99, n. 26, lib. 3. Menoch. *de arbit. cas.* 87, n. 17. Valasc. *consul.* 66, num. 33.

Tum etiam, quia condemnatio pro fructibus fuit modò, & non prius obtentæ; Ideoque cautio petita videtur cum primùm timeri potuit de consumptione, & per sententiam constituit de bono jure actoris, unde quicquid sit in aliis cautionibus respicientibus rem ipsam principaliter petitam, vel expensas, vel personam rei conventi, in quibus militare potest negligentia aliqua actoris, in petendo, & de quibus loquitur text. *in auth. generaliter C. de Episc. & Cleric. l. 1. & tot. tit. ff. qui satisf. cog. quoad fructus concurrente timore dilapidationis, assuractio peti potest, etiam post instantiam, ut ad litteram est text. in l. Imperatores, §. Iidem rescripserunt, ff. de appell. & in c. fin. de sequestr. possess. & fuit; quem desumptum esse ex d. l. Imperatore not. ibi gloss. verb. si dissipentur l. si cum dotem, sin autem ff. solut. matrim. l. Senatus-Consulto ff. de offic. Præs. Lancellot. *de autentat. lit. pendenti. c. 4. limit. 9, & de assuractione post instantiam loquitur Rot. d. dec.* 376, n. 2, p. 2, *recentior. & in d. Syracusana Quartæ, coram Gipsio.**

Non obstat, quod assuractiones Judicii recesserint ab aula, & de consuetudine reus non possit adstringi ad assuractionem ex allegatis *in d. dec.* 326, num. 4. Nam præterquam quòd istam consuetudinem procedere in cautionibus, & quas de jure præstare tenebatur actor, notat gloss. *in §. sed hodie verb. nullam in fin. instit. de satisfact.* ex supra allegat. decisionibus constat tam de jure, quam de consuetudine, esse locum assuractioni fructuum, quando subest justa causa, quia nempe possessor non sit solvendo, non secus, ac si adest timor dilapidationis, quia in possessore existente non solvendo, paria sunt dilapidare, & in proprios usus convertere Rot. *in d. Syracusana Quartæ, coram bon. mem. Gipsio.*

Et ita &c.

tandem responderunt, clausulas non obstat.

Quia licet in ventre litterarum adsint istae clausulae, de nostro moto proprio, certa scientia, e pienezza della nostra libera, & assoluta autorità Apostolica, & inferius, Che mai si possa dare di surrettione, obreptione, defetto d'intentione, nè di qualsivoglia nullità, vitio, o difetto, &c. e che così, e non altrimenti sia da qualsivoglia Giudice dichiarato, con la clausula sublata, e decreto irritante: non obstanti le Constitutioni Apostoliche, Regole della Cancellaria, & altre cose. Illae tamen solummodo, ut fortiorem + dispositis in litteris vim addant, non verò, ut aliquid vel minimum ultra deposita complectantur, appositae censentur, Rota in Sabinen. Castri Vacchoni 13. Junii 1619. coram Reverendiss. Seleucien. & dec. 423. n. 8. ac 610. n. 13. & 14. part. 5. recent. ac in Perusina spolii 4. Aprilis 1636. confirmata 18. Junii 1642. versic. Quo verò ad obiectum coram R. P. D. meo Rojas.

Tota igitur disputationis difficultas ad hanc unicam inspectionem redacta fuit: An in Brevi, seu litteris praedictis dominio Ducis Bracciani super hoc Castro, ad cuius reintegrationem agit, fuerit derogatum, & minimè ejus dominio derogatum visum fuit.

Siquidem derogatio in Brevi ad tria capita restringitur.

Primo, ad Constitutiones Apostolicas, ut in narrativa, ibi, per ostari le Constitutioni nostre, &c. & in dispositiva, e per togliere gli osta coli delle leggi, e Constitutioni Apostoliche.

Secundo, ad fideicommissa, primogenituras, pacta de succedendo, & alias dispositiones factas à praedecessoribus Ducis Parmae Collateralibus, transverfalibus, & extraneis, ut patet, ibi, Et anco ostarvi li fideicommissi, &c. & rursus in dispositiva, da tutti, e singoli fideicommissi, primogenituras, pacti di succedere esimiamo, liberiamo, & à quelli deroghiamo.

Tertio, ad vitium litigiosum, ob litem in Rota vertentem super dicto Castro inter Ducem Parmae, & Ducem Bracciani, & ad protestationem ab hujus Procuratore factam, ut in narrativa, E parimente anco il vitio di litigioso per la lite, che verte in Rota fra voi Duca di Parma, e Paolo Giordano Orsino, un Procuratore del quale è comparso avanti Monsig. Merlino Giudice della detta causa, & ha detto, che il detto Castello di San' Angelo spetta al medemo Duca suo principale, e che stante la lite mossa, & al presente ancora pendente, sopra la recuperatione, di quello non si può venire alla predetta vendita, & inferius in dispositiva. Non ostante il sudetto vitio litigioso, al quale, come ancora à detta protesta fatta dal Procuratore di detto Duca di Bracciano, espressamente deroghiamo, e quello affatto in tutto, e per tutto leviamo, e togliamo via, cum simili derogatione regulae de jure quaesito non tollendo in fine Chirographi appositae.

Primum verò caput, nempe derogatio Constitutionum Apostolicarum, dominio hujus Castri minimè applicatur, etenim obstaculum tantum tollit dictarum Constitutionum alienationes bonorum jurisdictionalium prohibentium, text. in c. Imperialem. ubi Ifern. num. 11. de prohib. feud. alien. per Federic. & in hoc casu derogatio quidem operata fuit, ut Dux Parmae jus suum in Marchionem Pallavicinum, non verò jus Ducis Bracciani, transferre potuerit, l. 2. §. meritò, & l. si quis à Principe, ff. ne quid in loc. publ. Rota dec. 664. num. 2. ad fin. p. 2. rec.

Neque secundum caput derogationis fideicommissorum comprehendere posse dominium, hujus

Castri visum fuit, ex eo quia Papam solum intellexisse de fideicommissis, primogenituris, pactis de succedendo, & aliis dispositionibus domus Farnesiae, patet tam ex narrativa supplicationis praefertur, in qua fit mentio de fideicommissis; & aliis dispositionibus Cardinalis, & Ducis Farnesii, & aliorum antecessorum, ex qua narrativa + subsequenter concessionem esse declarandam, tradit Bursat. conf. 281. n. 35. Rot. penes Rev. Urgell. dec. 147. n. 6. & seq. & dec. 156. n. 6. & 7. & dec. 23. n. 14. & seq. p. 5. rec. quàm ex ipsa dispositiva Brevis, in qua fideicommissis, ac aliis dispositionibus praedictis ordinatis, tam à Cardinali, & Duce Farnesii, ac aliis eorum antecessoribus, quàm collateralibus, vel extraneis derogatur, & dictiones, tam, &, quàm, + omnimodam æquiparationem causantes, operantur, ut derogatio de fideicommissis ab extraneis in Farnesia Familia ordinatis intelligi debeat, Surd. conf. 401. n. 13. cum duob. seqq. quod magis ex adjectis in Chirographo sequentibus verbis convincitur: Ancorchè fossero state de voi Duca di Parma, e da vostri antecessori, con giuramento, promesse, &c. & inferius, si come vi assolviamo, e liberiamo da ogni promessa, e giuramento, che voi havete fatto, per l'osservanza di detti fideicommissi, & altre dispositioni, &c. quæ mentem Pontificis indicant, + fuisse tantum derogandi fideicommissis, & dispositionibus Domus, & interesse Familiae Farnesiae respicientibus, Oldrad. conf. 8. n. 1. & seq. Crescent. decis. 1. n. 2. de privileg. & decision. 294. n. 11. coram bon. mem. Cocchino, & dec. 403. n. 4. & 5. p. 1. recent.

Verum etiam quod Papa de fideicommissis quoque Domus Ursinae intellexisset; nihilominus casus, in quo versamur, non comprehenderetur, dum Bracciani Dux non agit ex aliquo fideicommissio, seu primogenitura, aut pacti de succedendo, vel dispositionibus praedictis; sed agit jure domini sui, + suisque majoribus ad recuperandum hoc Castrum competenti, ut in similibus terminis Statuti dixit Gabr. conf. 8. n. 3. & sequentibus, lib. 1. Surd. conf. 112. n. 96. & maxime in vers. Et ita apparet, &c. Barbosa in rubr. solut. matr. p. 3. n. 85. & de difficultate tollendi juris domini, late Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 12. tit. 27. num. 20, 21. & 22.

Minus tertium derogationis caput vitii nempe litigiosum, & protestationis praefatae, + per Procuratorem Ducis Bracciani factae, comprehendit dominium litigantis, cui non praesudicat. Nevizzan. consil. 20. n. 12. & ei in derogatione vitii litigiosum censetur omne jus praeservatum, etiam si non fuerit expressum, cum subintelligatur clausula + juribus Tertii semper salvis Paris. de Put. de feud. reintegr. c. 261. n. 2. & c. 270. n. 4.

Nam praedicta protestatio habita solum fuit in consideratione, ut obstaret respectu vitii litigiosum, prout clarè legitur in illis verbis, E se voi, & il detto Marchese procuraste la derogatione del vitio di litigioso, spera che non siamo per concederla, stante la sua opposizione, & contraddizione, &c. & infra. Non ostante il sudetto vitio litigioso al quale, come anco à detta protesta deroghiamo: unde derogatio dictae protestationi, non est ultra limites à Pontifice consideratos, videlicet, obstantiam, & protestationem dicti vitii litigiosum ad dominium Ducis Bracciani extendenda, Greg. dec. 159. n. 7. cum aliis supr. allegatis. Quamvis enim ex protestatione ejus intellexerit Pontifex hunc quoque praetendere Castrum ad se spectare; tamen ad evitandam contrarietatem, & repugnantiam, in eodem Chirographo, + quod uterque Dux, & sic in solidum duo essent

essent Domini ejusdem Castri, contra dispositionem l. 3. §. ex contrario, ff. de acq. poss. dicendum est Papam accepisse protestationem Ducis Bracciani, pro ejus simplici praesensione: Sereniss. Ducis verò Parmae narrativam pro vero dominio proportionabili actui alienationis quem gerabat, & translationis in Marchionem Pallavicinum, per l. tradito, cum simil. ff. de acq. rer. domin.

Et cessat omnis omnino difficultas; quia versamur extra casum quaestionis domini Ducis Bracciani; nã derogatio supponit penes Ducem Parmae, qui Castrum alienavit, illius dominium tempore alienationis extitisse, sed Jus, non autem domini super illo forsan resolubile, vel aliàs hypothecis, & Juribus aliarum personarum effectum, quibus propterea Papa noluit Pallavicinum recipientem, posse aliquando molestari, consulendo contractuum indemnitate, per Jurium in aliis bonis alienantis translationem; nullo verò modo concedere alienanti facultatem disponendi de Castro, cujus dominium non habebat, sed apud Ducem Bracciani reperiebatur, cum imò Papa censetur consensisse \* alienationi quatenus dominium duraret apud alienantem, neque in illum contulisset, si erat alienum, ut bene Ifern. in cap. Imperialem sub num. 16. ibi quod fuerit alienum per talem confirmationem non contulit, de prohib. feud. alien. per Feder. Mon. de regal. tit. de reg. offic. n. 79. ante fin. versic. hæc nullitas, fol. 249. & contrav. jur. lib. unic. contrav. 16. n. 3. & seq. Cæs. Manent. conf. 107. sub n. 35. ubi quando Princeps consensit, videtur assentire eatenus, quatenus jura Venditoris durent, lib. 2. facit Joan. Franc. à Pont. in repet. feud. vit. de success. feud. lect. 16. n. 21. ubi quod dum lex permittit feudatario alienare, intellexit de jure quod ipse habebat, quod procedit, sive venditor nunquam dominium habuerit, sive potius habitum tempore venditionis erat jam resolutum: quia semper adest error in consensu Principis, qui supposuit tempore contractus alienantem esse Dominum, nec voluit supplere ejus persona defectum domini, sed removere dumtaxat obstaculum feudalitatis, & alia quæ supposito dominio in vendente obstatere potuissent emptori. Ifern. in d. cap. Imperialem n. 15. & communiter receptum testatur Capyc. Latr. consulti. 52. n. 34. & seq.

Quare cum contractus inter Sereniss. Ducem Parmae, & D. Marchionem Pallavicinum, \* ab initio non valuerit praesudicium inferre D. Duci Bracciani, l. id quod nostrum, ff. de reg. jur. Montan. contrav. 16. n. 8. ubi quod text. in l. rem alienam ff. de contrah. empt. non habet locum in feudibus, & quod Papa noluerit in Duce Parmae supplere defectum totalem domini, sequitur, quod confirmatio \* respectu Ducis Bracciani, & clausulae omnes in confirmatione contentae habeantur, ac si non emanassent, quia confirmatio non est actus stans per se, & data qualitate contractus confirmabilis, inhabili ad praesudicium Domino inferendum, non habet ubi pedem figat, Bald. in l. falsus, n. 2. & 3. C. de furt. & in terminis Jo. Franc. à Pont. consil. 5. n. 49. & 50. & consil. 36. n. 1. lib. 1. & in tract. de potest. Proreg. d. tit. de assens. reg. §. 9. n. 7. quæ magis procedunt in praesenti casu, dum Papae narratum fuit Sereniss. Parmae Ducem esse Dominum Castri Sancti Angeli, Sanctitas sua, hac ratione vassallum credens, jura dumtaxat directi domini reservavit.

Quod verò, tempore contractus cum D. Pallavicino initi dominium Castri S. Angeli apud Serenissimum Parmae Ducem non erat, sed re vera Decisiones ad Tract. de Alim.

apud Dominum Bracciani Ducem, bene probat Instrumentum \* pignoris de anno 1504. inter 13 utriusque Ducis Auctores celebratum, quod concurrentibus adminiculis plenè probat, ut fuit dictum coram me, in hac causa 26. Januarii 1641. & 12. Junii 1642. §. adminicula verò, praesertim inter successores. Aym. consil. 29. nu. 1. Aldobr. conf. 9. n. 83. li. 2. & tanto magis, quia pignus supponit \* dominium oppignorantis, cum res aliena pignori licite non possit d. leg. rem alienam, & ibi gloss. ff. de contrah. empt. Bald. in l. fin. post med. C. si res alien. pign. dat. ff. Rot. in Romana Censu 17. Junii 1600. coram bon. mem. Justo impress. apud Marches. de commiss. part. 1. fol. 851. nu. 5. vers. nec obstat oppositio.

Nec obstat, quod tempore contractus inter Sereniss. Ducem, & Marchionem initi, nondum erat decisum, an Instrumentum pignoris esset in forma probanti, adeoque dici nequeat, tunc temporis dominium dicti Castri fuisse apud Ducem Bracciani, & sententiam felicis recordationis Pauli III. ad favorem Ducis Parmae, conferre ad probationem domini ejusdem.

Quia decisio hujus articuli non respexit existentiam domini apud Bracciani Ducem, sed probationem, & carentiam quæ erat à parte rei domini Sereniss. Ducis, licet declarata hæcenus non esset, & sic semper adest error in supposito \* domini Ducis Parmae; verum attendi debet quod in veritate est, §. si quis rem suam instit. de legat. l. si pater §. quoties ff. manumiss. vind. Neque sententia Pauli III. ad favorem Sereniss. Ducis lata est super dominio, sed solum super reintegratione ad possessionem Castri, \* à qua non fit necessaria illatio ad dominium. Bart. in leg. quidam in suo, ff. de condit. & institut. Rot. decisio. 283. n. 9. part. 7. recent.

Quare non ingrediendo ambiguum quaestionem, an Papa voluerit derogare dominio tertii, quod tamen in praesenti casu satis arguit reservatio domini Camerae Apostolicæ noluisse derogare dominio tertii, cum latius consensus in praesudicium \* Principis quàm tertii interpretetur, e ratione, quia princeps respectu directi domini de suo consentit: respectu verò domini utilis de alieno disponit, ut eleganter tradit Joan. Franc. à Pont. in repet. feud. lect. 11. nu. 15. & lect. 16. n. 21. vers. cum lex. Neque verisimile est Principem voluisse aliquem enormiter lædere, & jus tertii auferre, leg. rescripta, Cod. de precib. Imper. off. feren. Rot. decis. 40. n. 2. in fine, part. 4. recent. lædendo jus gentium, cui sub involucro verborum derogari non potest. Rota dec. 597. part. 3. recent. clausulae verò supradictae, & aliae in Brevi appositae nullum verbum habent de derogatione domini: + unde cum comprehensio non sit clara illae clausulae quoad dominium nihil operantur, Rot. dec. 423. n. 9. part. 2. recent. & in similibus clausulis fuit dictum in dict. Perusina spolii 4. Aprilis 1636, & 18. Junii 1642, coram R. P. D. meo Rojas.

Nec contrarium suadet Jurium, & hypothecarum super aliis Serenissimi Ducis Parmae bonis translatio, & Castri hujus à vinculis & hypothecis cum amplissimis clausulis exemptio, prout in d. Chirographo, pag. 5. in princ.

Quia dicta verba stant continuative, & relative ad casus derogationis supra expressos + ad fideicommissa, hypothecas, & alia domus Farnesiae impedimenta, ideoque ad ea restringuntur. Aym. conf. 208. n. 6. Menoch. conf. 326. n. 38. & regulantur à natura principalis dispositionis, cuius